



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalm. CV. Confitemini Domino, & inuocare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

LIBER I I I I.

165

- Spiritum, extincta in cinerem suum iam
Cuncta redibunt.
 30 Spiritum mittes recreator istum,
Rursus extabunt rediuiua, & almos
Denuò vultus renouata tellus
Plena nitebit.
 31 Ampla maiestas celebretur I A E,
Sæcla dum durent superentque mundo;
Et suis factis celebratus ipse
Gaudeat I A S.
 32 Cuius inspectu tremit ima tellus;
Ardui montes trepidant, rotantque
Fumeam nubem feriente cuius
Fulgere taeti.
 33 Ipse dum viuum (probet ille tantum
Vota laudantis) celebrabo & I A M,
 34 I A M ego semper referam probato
Carmine latus.
 35 Turba peccantium vitiosa terris
Excidat cunctis; penitus neque extincit
Impij, mens & mea laudet I A M,
Vosque haleluiah.

PSALM. C V.

Confitemini Domino, & inuocate.

BENIGNITATIS DIVINAE
LAUDATIO.*Carmen Dicolon Tetrastrophen.*

- 1 I A M vos celebri dicite carmine,
Nomenque hymnisonis dicite laudibus;
Illius populos discere cogite
Mores actaque maxima.
 2 Huic voce ac fidibus psallite, tibiis
Mira, attendite, sint quam illius omnia:
 3 Sanctum nomen erit, gloria maxima,
Vobisque eximium decus.
 4 Et cor latitia gaudeat omnium,
I A M; vos faciem, vosque potentiam
Eius; querere nec modus.

L 3

3 Eins

- 5 Fius mira colat facta animus memor
Vester; prodigia & indicia illius
- 6 Ora expressa, Abrahæ vos genus & sui,
Stirps & lata Iacobidum.
- 7 I A S ipse D E V S noster; & omnibus
Terris indicia is constituit sua.
- 8 AEternū meminit foederis, ac sui
Mille in secula crediti
- 9 Verbi, quodque Abrahæ pactus erat, fore,
Iurabatque Isaco; certaque præstirit
- 10 Et firmata Iacob; ius quod & Israël
Pactum & perpetuum foret.
- 11 Tradam, dixit, agros hos Chanaan tibi; hi
Funis forsque tui sint patrimonij:
- 12 Essent exiguo cum numero hospites
Ilic, aduenæ & hanc diu;
- 13 Et gentes alias gentibus alteris
Migrantes pelerent, regnaque linquerent
Illa, illum subeunt dum populum, neque
Certis ædibus insident.
- 14 Hos nullis hominum fraudibus ac malis
Permisit; potius consuluit viris
- 15 Reges corripiens. vnxi ego quos meos
Vates, parcere lacerare.
- 16 In terramque vocat sollicitam famem:
Fulciturque epulis fregerat omnibus,
- 17 Præmisitque Joseph prospiciens viram
Serui ad munia venditum.
- 18 Arcta crura viri compede vincunt,
Illinisque animam ferrea vis subit:
- 19 Verbi peneriunt tempora dum sibi
TAE distaque lucida.
- 20 Hunc, (rex curat enim soluier;) imperat
Qui multis populis, liberat, atque herum.
- 21 Preponit domui hunc atque opibus suis,
Sumnum dicit & arbitram;
- 22 Promptum conspicuo munere principes
Certa ad vota animæ stringere iam sua,
Aptum consiliis & sapientia
Instruxisse senes suos.
- 23 Aegyptum petiit iustus & Israël,
Exceptusque Iacob hospitis Cham;

24 Is

24 I
25 C
S
26 A
27 I
E
28 C
II
29 H
C
30 R
I
L
31 M
D
32 I
33 V
A
34 T
35 H
E
C
36 T
V
37 N
38 A
L
39 N
40 H
C
41 F

- 24 Is cuius populum crescere, & hostium
Maiorem sobole auxe at.
25 Conuertitque odiis cor Chamidum, siros
Seruos ac populum ut fraudibus impetant.
26 At Moses famulus mittitur arbiter,
Delectusque Aharon sibi.
27 Illi mira D E I signa dabant sui,
Et terris & agris prodigia in Chami.
28 Obscuras tenebras misit, & omnia
Iis caligine condidit.
Illi nulla mora eit iussa faceſſere.
29 His mutauit aquas sanguinis in modum:
Occisis redolent piscibus omnia,
Damnoſa & populo nece.
30 Ranis squallet ager totaque regias;
Ipsis rana loquaç in penetralibus
Importuna ſalit regibus obſtrepens,
Nec puras epulas finit.
31 Mixta insecta malis Cyniphibus ſuo
Dicto iussa ineunt finibus omnibus.
32 Imbris terra tulit, damaque grandinis,
Densis fulgura & ignibus.
33 Vitisque icta perit, ficus & interit;
Arbos fracta cadit finibus omniaſ.
34 Tunc aſcita ruit ſequa locuſtaque
Bruchiue innumerum genus.
35 Herbae quidequid erat, graminis & noui,
Fructus ſpecie boni, cuncta voracium
Cedunt pestiferis dentibus, alina quod
Tellus protulerat, perit.
36 Terræ prima ferit pignora, & omnium
Viuentum ſobolis primitix cadent.
37 Non offensi tribus agmina prodeunt
Auro vaseque ditia.
38 Aegyptus grauibus preſſa paubribus
Ire hos læta ſinit; vela quibus die
39 Nubes densa facit: nox duce pergitur
Ignis lampade lucidi.
40 His optata venit iuſſa aiuum phalanx,
Cælorum ſaturos panibus efficit.
41 Fissa nūc ſuunt, & properant aque,
Arente ac fluuius loco.

- 42 Namque is sancta memor verba , Abrahæ suo
Quæ quondam famulo dixerat, explicat:
- 43 Ergo lætitia & carmine cum pio
Electum populum extulit.
- 44 Illis arua dedit ruraque gentium,
Et quæ continua parta laboribus
Diuersis fuerant iam populis , habet
Hæres & fruitur nouus.
- 45 Ut decreta suis sanctaque legibus
Obseruent memores & faciant pijs,
IAH laudate bonum , IAH halelu bonum,
Hunc & carmine dicite.

PSALMVS CVI.

Confitemini Domino, quoniam bonus.

BENIGNITATIS DIVINAE BENIGNISSIMA CONSTANTIA.

Carmen Hexametrum Monocolon.

- 1 IAH laudate bonum; grati celebribitis I AM ,
Cuius numen adest æterna in sæcla benignum.
- 2 Fortia gesta I AE digno quis proferet ore?
Quisnam audire eius laudis præconia cuncta
- 3 Narrando dabit? ô quantum grex ille beatus,
Quos iuris pia cura tenet? quos tempore in omni
- 4 Iustitia exercet. Populo memor ipse probando
IAS me annumeres; cum tempestiu salutis.
Hora aderit, me descriptum simul ipse recense,
- 5 Ut compos testisque boni, quo lecta fruetur
Pars tibi , lætitiamque tuis cum gentibus ipse
Ipse ego concelebrem latus, laudemque ferentis
Consors ipse tui fundi pars certaque fiam.
- 6 Eheu peccati pudet heu nostrique patrumque:
Prauaque nostrorum quis nam neget improba facta?
- 7 Nam tua mira patres non aduertere videntes
Aegypto in media; oblii tua multa benigna
Facta rubrum propter pelagus ; mare causa timendi
Queis fuit, atque animo tunc defecere soluto:
- 8 Hosque suum propter nomen seruavit, vt orbi
Roboris ostendat proprij vim. Namque minantis
- 9 Voce mare abscedens arenti constitit imo,
Duratumque solo est, populo & concessis sunti,

Ceu

Ce
ro Fri
11 Ob
12 Fit
13 Sed
14 Con
Qu
Per

15 His
16 Ho

Po
17 Tur
18 Ter
19 Im
Ful
20 Mu
21 Gra
Sci

22 Ae
Ad
23 In
Fe
Fig
Ve

24 H
Co
25 Su
Ci
26 E
27 H
28 D
Se
29 H
30 P
31 L
32 I
P
33 S
I
34 I